



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Cap. XII. De delagatione, seu potestate simplicis Sacerdotis in casu  
necessitatis ad absolvendu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tamen passim id facere sed remittat Penitentem ad suum Episcopum, vel ejus licentiam exoptent. nimirum, ne veniat in contemptum ejus jurisdictionis. Quod si rationabilis adsit causa, ut, si nimis Episcopus distat, aut licentiam negat, tunc enjuncto absolvi pro foro interno ejusmodi penitens poterit, si alias, est dispositus, nec per ipsum stat, quo minus a suo Praelato absolutionem pro foro externo obtineat. Consonant huic monitioni ea, quae de Bulla Cruciatæ dicuntur inferius cap. 13. num. 19.

## CAPVT XII.

## De Delegatione, seu Potestate simplicis Sacerdotis in casu necessitatis, ad absolvendum.

Conceditur simplici Sacerdoti posse absolvere ab omnibus casibus & excommunicationibus quomodocumque reservatis. Primò, in articulo, seu proximo, & probabili periculo mortis, & ex Castrop. loc. mox citando, etiam dubio. Secundò, in impedimento perpetuo, quo peccitens convenire Superiorem non potest. Tertio, in aliqua alia urgente necessitate, & quidem cum quibusdam oneribus, ut mox explicabimus per suos paragraphos.

## §. I. In Articulo, seu Periculo mortis.

1. Celebris est quaestio, an in dicto periculo penitentis, quilibet, quamvis simplex Sacerdos valide, & licite possit eum directè absolvere ab omnibus casibus, & excommunicationibus etiam ob hæresim contractis; nam non posse à suspensione vel interdictione, docemus omnes cum De Lugo de pan. dub. 20. num. 203.

Quo possit, absente legitimo Confessorio (& quoad excommunicationes, quas dictus Sacerdos absolvere alias nequit, inponendo onus comparandi, quod mox §. 4. n. 2. explicabitur) nunquam fuit dubium, ut videbis, at, hoc præsertim, maxime controversatur inter Doctores, & duplex est de more sententia.

2. Prima, quam cum multis, mox citandis, sequentibus sum in opus. meth. Conf. lib. 3. cap. 7. §. 1. num. 1. & nunc iterum sequor, affirmat. Ratio potissima, & veluti Achilles nunquam evincendus, ducitur ex Tridentino, sess. 14. cap. 7. De casib. reservat. sic absolute pronuntiantes.

3. *Pic admodum ne hac ipsa occasione reservatorum, alius, quis pereat in Ecclesia Dei custodiam semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque adeo omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes, à quibusvis peccatis & Censuris, absolvere poterunt.*

3. Quae verba adeo sunt clara, ut nimis immerito Turr. in Censur. Theol. dub. 77. dixerit, hanc sententiam esse improbabilem, saltem enim auctoritas tot insignium Doctorum eam sequentium, tam valido Tridentini testimonio vallata, non debuit nota improbabilitatis inurri; Eam inter cæteros tenent Navarrus, Sà, Ledesma, Rodriq. Vega, Henriq. apud Marchinum, de peste cap. 3. P. Horr. de fide, d. 84. sect. 8. aliique quos refert Diana, part. 5. Res. 5. & trall. 3. ref. 65. & Castrop. t. 1. tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. n. 8. cum Barbosa, Sairo, Reginaldo, aliisque quos refert De Lugo, de poen. d. 18. sec. 2. n. 23. quibus addantur Vericelli tr. 2. q. mor. 25. Leand. de panit. tr. 5. d. 11. q. 18.

4. Confirmatur Primò, quia Tridentinum non addit (si desit copia legitimi confessorii) cur igitur non adde- re velimus? cum solemnitas sint illa axiomata: *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, Quod voluit lex, expressit: Beneficium Principis, ubi nullum est alterius præjudicium, est late interpretandum. Quae sunt in favorem animæ, non sunt restringenda.*

5. Confirmatur secundò; nam ipse Castropalaus

l. c. aliique plures, qui nostram sententiam non probant, adhuc nostram vocant probabilem.

6. Confirmatur tertio, quia negotio est malitiosæ naturæ omnia removens: cum igitur Tridentinum in huncmodi Circumstantiis reservationem tollat per articulo.

7. Confirmatur quartò, quia illud argumentum, quod pro hac sententia loco citato, olim induxi non probabilem solum eam reddit, ut ibidem dixi, sed et moraliter considerata, reddit moraliter certam.

Argumentum autem breviter est hujusmodi, ut fatetur ipse Castrop. l. c. n. 8. & 9. & tractatus Doctores à De Lugo l. c. adducti, & plures à Vericelli citando: sed in jurisdictione probabili, licet non communis, quod Ecclesia dat jurisdictionem certam, ergo prædicta jurisdictione non erit amplius probabile, sed certa. Minorem hujus argumenti præterea quod nos eam ex communi consensu firmamur lib. de panit. c. 4. §. 8. Tandem probat ipse idem Castrop. eodem t. 1. d. 2. de conse. opin. part. 5. num. 9. cum Vericelli tr. 2. quest. mor. 25. & Dicasti. 7. §. de panit. dub. 14. a n. 368. afferentes Surium, Lessium, Thome Sanchez, Basilium de Leove, Coninch, Bonacina, aliosque qui affirmant, operanti ex opinione probabili quia scilicet quis probabiliter iudicat, se habere jurisdictionem, statim de facto ab ipsa Ecclesia jurisdictionem certo confertur. Hoc argumentum latius, & cum magna contentione persequitur, idem Vericelli loco citato.

8. Sed jam secunda sententia negat; eam enim amplam potestatem pro illo articulo asserit ad eum articulo, quo legitimus desit Confessor, vel si ad hunc Confessionem audire. Ita tenet Sanchez & ab ipso citati lib. 2. in decal. c. 13. n. 7. Rosella, Sylvestri, Armilla, Navarrus, Catechismus Pii V. Grassius, Gutierrez, Zabrano, Sotus, Suarez, Valentia, Molina, & nonnulli alii. Ita etiam Bonacina, Coninch, Ocegavia, quos citat sequiturque De Lugo d. 28. de pan. n. 2. Ita tenent etiam Castropalaus t. 1. tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. n. 9. alios citat.

9. Tertia nihilominus concedunt nonnulli cum Sanchez l. c. n. 14. ex se Actoribus hujus secunde sententia, modo si morti proximus, laborans casibus, excommunicationibus reservatis, non possit personaliter convenire potentem absolvere ab his, ipsum non tenent litteras, vel Nuntium ab eo perire facultatem, ut ab illis vult, quia id nimis est grave, & asserit periculum immixtæ: quare tunc poterit absolvi à quocumque simplici Sacerdote.

10. Secundò, nec eundem teneri sumere Bullam Cruciatæ, ut sic possit à dictis reservatis absolvi, hoc est medium extra ordinarium.

Tertid, si quando dubitatur an possit adesse Confessorius legitimus, tunc posse simplicem Sacerdotem terti proximum à dictis reservatis absolvere; quia in tali modo dubio præsumitur Ecclesia jurisdictionem simplici Sacerdoti conferre. Quod si superveniret legitimus Confessor, poterit nihilominus simplex Sacerdos Confessionem inceptam finire, & absolutionem impendere, quia causa jam crepta est.

11. Porro plurimæ afferuntur rationes pro secunda sententia, quas invenies præcipuè apud De Lugo & Castropalaum citatos, Ego duas, quæ sunt diffusiores hic proponam, & solvam; cæteras quæ libere occurrerit in Theologicis versatus poterit, ut mihi videri facile diluere.

12. Prima ratio quam asserit De Lugo ut supra videri pareat, ut sic induci poterit. Nullus, quamvis in articulo mortis, (nisi sub onere se præsentandi Superiori, vel legitimo Delegato, cum primum poterit) absolvi poterit ab excommunicationibus reservatis (nam in casibus, quoad reservatis, non vrger hoc onus, ut mox dicemus) supponit Pontifex non posse penitentem, se ante præ-

sentare. Ergo, si est Superior, vel ejus Delegatus præfens, cui se pœnitens præsentare possit, obligabitur se ipsi præsentare, ergo cessat in alio simplici Sacerdote potestas cum pœnitentem absolvendi.

13. Respondeo, Distinguo primum consequens. Supponit Pontifex pœnitentem se non potuisse præsentare, tanquam necessarium ad hoc, ut deat simplici Sacerdoti potestas, siue facultas absolvendi in articulo mortis in dicto casu, nego, supponit Pontifex tanquam id, quod communiter accideret soleret, concedo consequentiam.

14. Deinde concedo secundam consequentiam, sed ergo prioris tertiam. Causa enim, unde Ecclesia cum Tridentino mota est ad concedendum simplici Sacerdoti ejusmodi potestatem, fuit quidem periculum, quod communiter, & de facili potest, & solet esse: sed tamen illam absolute, & in omnibus casibus concessit ut vidimus in textu Tridentini nihil limitantes; & fortasse, neque illa facilis absentia fuit causa adæquata concessiois dictæ, sed insuper fuit facilitas, & summa commoditas, atque libertas eligendi quemcumque Sacerdotem, quam in tanto illo periculo voluit pia Ecclesia offerre moribundis. Moribundus ergo excommunicatione referata alligatus, si præsentem habeat simplicem Sacerdotem, & insuper habeat præsentem Superiorem, poterit absolvi à simplici, sed debet, se præsentare Superiorem, non ut accipiat Absolutionem, quam jam legitime obtinuit, sed ad subdendum se remediis, vel pœnitentiæ quæ imponere velit Superior, id enim est se præsentare, ut omnes docent, & nos paulò inferius §. 14. à nom. 2. explicabimus quod certè diversissimum est ab absolvi.

15. Audivi quendam Doctum Theologum asserentem, esse inter Doctores controversum an simplex Sacerdos possit, præsentem Superiorem, absolvere peccata reservata: nullam esse controversiam, nec diverfam opinionem circa Absolutionem excommunicationum reservatarum, sed esse certum, quod harum Absolutio, si possit haberi à Superiore, vel ejus legitimo Delegato non possit obtineri à quocunque Sacerdote; & ratio, dicitur, est, quia hic pœnitens tenetur, cum primum potest, se præsentare Superiorem, at illo præsentem, potest, ergo ab illo absolvi debet. Verum facile negatur consequentia, transit enim ab obligatione præsentationis ad Absolutionem, quæ longè sunt diversæ, ut dictum est.

16. Præterea, quando Castrop. t. 1. r. 4. d. §. 5. n. 8. dicit, nostram opinionem esse probabilem, signatè loquutus est, tum de peccatis, tum de excommunicationibus reservatis. Ecce ejus verba.

*Dubium est, an pro articulo, vel periculo mortis simplex Sacerdos possit præstare dictam Absolutionem, præsentem proprio Sacerdote, vel Superiore, cui casus sunt reservati? Affirmant plures, tam de Absolutione peccatorum, quam excommunicationum, & sic tenet Navar. S. 2. Henriq. Manuel Barb. Sarr. Reg. &c.*

Hæc ille. Qua veritate ergo potuit Doctus ille Theologus asserere, circa Absolutionem excommunicationis non haberi opinionum diversitatem?

17. Iam vero secunda ratio, quam ibidem asserit De Lugo, sic formati potest. Tridentinum loco citato non condidit novum jus, sed retulit id, firmavitque, *Quod custoditum habens fuit ab Ecclesia Dei, Sed ab Ecclesia semper custoditum fuit, ut præsentem proprio Confessario, simplex Sacerdos non absolvet moribundum, ergo, &c.* Major continet verba Tridentini. Minor probatur, ex tribus textibus Sacrorum Canonum, in quibus agitur de Absolutione moribundi. In primo enim c. 1. §. 1. dicitur: *Eam posse dari à quocunque Sacerdote si absit Prælati Ordinarii: In secundo, cap. Presby. in consilio 26. c. 6. sic habetur. Presby. non receleat pœnitentes, nisi absente Episcopo, ultima necessitas cogat. In tertio. In Extrav. inter cunct. §. intendimus, De Privileg. & Extrav. 1. §. Decernimus, declarat Pontifex*  
Pars III.

*Pœnitentes posse absolvi in certis casibus, si haberi nequeat recursus ad Episcopum, vel Pontificem: ergo ( infer De Lugo numero 8. ) declarat, si ejusmodi recursus dari possit, illos pœnitentes absolvi non posse ab inferiore.*

18. Respondeo, Daremus certè manus, si vera esset Major, & Minor hujus argumenti, nunc verò cum falsum aliquod assumant, negatur omnino consequentia. Discutamus de Minore, mox de Majore.

19. Dico Minorem esse falsam, si loquutio sit de absolute Sacramentali, de qua nostra est disputatio. Vno enim verbo assero in citatis agi de pœnitentibus ex publica pœnitentia ad modum in veteri illa ætate vsurpari solita, ut expendens tres præcitatos textus clarè videre poterit accuratus lector. Et miror voluisse aliquos nostram responsionem, impugnare, fatentes, eos textus loqui de pœnitentia publica, sed addentes, eandem esse, quoad hoc rationem publici, & occulti. Miror, inquam, cum enim Sacramentalis Absolutio tendat ad internam, atque invisibilem reconciliationem cum Deo, & in ordine ad vitam æternam consequendam, reconciliatio autem illa publicè pœnitentium tendat ad ædificationem externam, & satisfactionem exhibendam visibili Ecclesie ( ut interim alia discrimina taceam ) eas Absolutiones esse valide diversas, vel casus videt. Merito igitur pia Mater Ecclesia voluit Fidelibus maximam se Deo reconciliandi facilitatem offerre in eo mortis periculo, unde proxime pendet æternitas, quam facilitatem concedere pro illa externa reconciliatione, nec laboravit, nec erat conveniens.

Discutamus nunc de Majore. Dico, illud, in dicta Majore assertur (*id concedit Tridentin. quod custoditum antea semper fuit in Ecclesia Dei*) Dico, inquam, esse falsum, Tridentinum enim non dicit se concedere, *quod custoditum semper fuit in Ecclesia*; sed absolute pronunciat, *In Ecc. Dei custoditum semper fuisse, nullam esse in articulo mortis reservationem*, quod certè, ut ex se patet, falsum est. Imò ex hoc Tridentini pronunciatio confirmatur maxime, quæ dicta sunt in præcedentibus, pura eos textu loqui de reconciliatione publici pœnitentis; si enim loquerentur de Sacramentali, nullo modo Tridentinum poterat absolute, & sine addito pronuntiare, custoditum semper fuisse in Ecclesia, ut pro articulo mortis, nulla sit reservatio.

EXPLICATVR ILLVD ( A QVOCVNQVE Sacerdote. )

20. Etiamne ergo excommunicatus, suspensus, interdicitus, irregularis, hæreticus, schismaticus Sacerdos poterit tunc absolvi modo dicto, &c.

21. Respondeo. Ita, quoad validitatem, quia id significat illa amplissima Tridentini ( omnes Sacerdotes ) Quoad licitum vero usum, nimis certum est, te, quamvis constitutum in mortis periculo, si adfuit, vel adesse non difficulter possit bonus Sacerdos, hoc est prædictis impedimentis non relictus, non posse perere Absolutionem ab excommunicato, suspenso, &c. quia nulla tunc te cogit necessitas, ut coopereris cum illorum peccatis, modo explicato in nostra *Meib. commun. c. 5. §. 4. & in nostr. Decal. lib. 5. c. 1. §. 4. n. 39.* at, si bonus haberi nequeat tunc præcidendo ab alio inconvenienti, licitum erit, nam te extrema illa necessitas excusat à peccato, quod aliàs esset in ejusmodi cooperatione, ut ibidem diximus in simili. Inconveniens autem illud certè esset, communicando v. g. cum hæretico, videaris approbare ejus errorem, seu se tam Lege §. 4. cit. *Meib. Com.*

EXPLICATVR, QVID SIT PERICVLVM, s. articulus mortis.

22. Periculum, & Articulus in hac re, sic explicat Dicastillus de pen. 10. 409. pro eodem reputatur periculum, & articulus, quando mortis periculum est propinquum, & verum in fieri,

ferri, non autem quando fere certum est, mortem diutius esse afferendam, quo tempore potest occurrere opportunitas habentis facultatem legitimè absolvendi. Hæc ille, qui deinde n. 41. tunc approbat posse absolvi damnatos in Trigemibus, ut in articulo mortis, quando debent periculosum mare transire, aut non esset aptus Sacerdos, aut haberi à tali damnato de facili non posset: Infero ego, non igitur omnes remigantes, ut putant minus bene alii, qui apud Dianam p. 1. 17. 3. reser.

23. Pergit Dicastillus ibidem. Plura sunt alia pericula, quæ arbitrio prudentis potius, quam certa regula designari possunt, ut, cum quis in morbum periculosum incidit, qui maiore ex parte mortem solet afferre, aut iter agit expostum prædonibus, occidere solentibus, vel curationem altius morbi aggreditur, quæ periculosa esse solet. Hæc ille.

24. Hinc non iudico, in articulo seu periculo hoc existere eum, qui tertiana simplici febre laborat, vel simili, quia non solet hæc maiore ex parte mortem afferre.

25. Contra, in dicto periculo constitutos iudico.

I. Damnatos ad mortem violentam, ipsis de proximo infligendam.

II. Navigantes, non semper, sed solum, quando incipit gravis tempestas, ut in casu modo dicto n. 22. de damnatis ad trigemes.

III. Milites, etiam spontaneos. Ita Diana p. 1. 1. Tr. 5. R. p. 29. ex Dicastillo, quando proximum est periculum, ut notat Layman, lib. 5. r. 6. cap. 1. 3. n. 19. Ver. His adde.

IV. Prægnantes sub partu, quando expertæ sunt difficillem abas, & periculosum partum, & fortasse etiam omnes Puellas primi partus, & ut vult Castropalaus l. mox citando etiam illas, quæ ex complexione delicata, vel aliunde, prudenter, periclitari timent. Non igitur omnes parturientes, ut aliqui putant apud Dianam loco citato.

V. Eos, qui timent infamiam de proximo, seu se amissuros usum rationis.

VI. Eos, qui servant peste infectis.

VII. Eos, qui febri, quæ vocant Malignam, vel simili periculosa, laborant.

VIII. Eos, quorum capita sunt proscripta, id est, qui impune possunt ab omnibus occidi, nec in loco sunt tuto, v. g. non sunt in regione distant, vel diversi domini, nam, tunc non essent in periculo vite.

IX. Eos, qui iter faciunt inter grassatores, seu latrones, qui quælibet occidere consueverunt, ut modo diximus ex Dicastillo.

X. Eos, qui capitalem inimicitiam cum aliquo habent, à quo timent, se esse facile occidendos. Legatur Layman citatus, & Castrop. tom. 1. tractat. 4. disput. 4. p. 3. §. 5. n. 4.

26. Nimis ergo rigide loquutus est Valentia apud Thomam Sanchez in Decalogum, lib. 2. c. 13. num. 11. (cui adde Sotum, & Covarruviam, ibidem citatos) dicens nomine articuli mortis intelligi illud tempus, quo instat inevitabiliter mors. Nimis inquam, rigide, nam intelligitur etiam periculum probabile, sed vero proximum, mortis, ut rectè probat Gaspar. Hurt. d. 10. de pœnit. diff. 9. aliique, ex eo, Delugo de pœnit. d. 18. n. 21. quod Canonibus hæc de re loquentes, modo utuntur voce (articuli) modo (periculi) Et sanè, sicut obligatio, seu præceptum confitendi mortalia urget, non solum in stricto articulo, sed etiam in proximo probabili periculo mortis, ut communiter docetur, ita concedi prædicta facultas debuit omnibus Sacerdotibus, ut facilius Fideles dictam possent obligationem adimplere.

27. Tandem huc faceret quæstioncula illa, an merus Clericus in Minoribus, vel etiam Laicus possit absolvere ab excommunicatione constitutum in articulo mortis. Verum id In Trac. de excomm. c. 8. §. 4. n. 32. non admittimus.

§. 11. In Impedimento perpetuo, vel longi temporis.

28. Quando quis est ita impeditus, ut mortaliter peccati per Nuncium, supra §. præc. n. 8. dictam esse, non potest re ad Pontificem, vel ejus Delegatum, potest absolvere in casibus, & excommunicationibus reservatis per Casuarium approbatum, & hoc deficiente, per simplicem Sacerdotem, cum onere comparandi, mox §. 4. n. 17. explicando.

29. Ut id clarius fiat, sciendum est iura longioris excommunicatione contracta, ex percussione Clerici disponere, ut ii qui hæc, etiam publicam, & etiam contraxerunt, si adire Pontificem, vel ejus Delegatum non possint, possint ab Episcopo cum dicto onere explicando, absolvi. Intellige, in utroque foro, quæ prædicto casu iura c. Mulieres, c. ea noscitur, Quæ cap. De castro de sententia excommunicata, cap. Quæ de c. De Mon. De sent. excomm. cap. eos, cap. quæ de in 6. non se restringunt ad aliquem forum in particulari.

30. Nonnulli autem afferunt Episcopos habere hæc auctoritatem iure Delegationis, ut in sinu Palazzi Non. 17. 8. c. 3. n. 99. Nonnulli vero, ut Avila de Casuar. c. 7. d. 1. dub. 6. cum quibus ego sentio, iure ordinario dixi supra cap. §. 1. num. 3. in simili. De hæc etiam ab Hæresi, & videatur Diana p. 1. 1. Tr. 5. Res. 1. & 2.

31. Dixi (vel ejus Delegatum) nem si possint ad Regulares, qui habent potestatem delegatam Summo Pontifici absolvere reservata Pontifici, prædicta non possint absolvi ab Episcopo, quia tunc est impedimentum, ut tenent De Logo, de pœnit. d. 20. n. 1. Leander, d. 15. de excomm. quæ 6. 1. aliique. Quædam tamen nignius Coninch, de pœnit. d. 8. dub. 11. tenent, in hoc casu, quod adire Regulares Delegati, adhuc possint impedios absolvi ab Episcopo, quia, constanti impedimento ad eundem Pontificem, ita ut Episcopo ad hæc ejus ordinaria potestas absolvendi illas excommunicationes, quæ fuerat ipsi ablata per reservationem, non tenent Gaspar. Hurtad. & Corn. apud Dianam p. 1. 1. Tr. 5. Res. 9. resolut. 6. Leander autem dicit, hæc esse probabiliter sententiam, licet præcedentem prohiberem.

32. His præmissis, assero, quamvis prædicta disponantur à Sacris Canonibus pro excommunicatione, & percussione Clerici contracta, tamen intelliguntur de omnibus aliis casibus, seu excommunicationibus reservatis, etiam in Cæna Domini, etiam ob hæc. Ita Suarez de pœnit. d. 3. c. 1. §. 3. n. 9. Castrop. in c. Sanctar. de her. c. 6. d. 3. aliique. Et quod Hæresim contra Sanchez in summa lib. 1. c. 16. n. 37. Ratio est quædam ratio confessionis militat in omnibus. Vnde regula Generalis hæc formetur. Quilibet in peccato perpetuo, seu longo tempore, in quo præcedentem mortem antequam habeatur, qui de iure ordinatus, vel Delegatus, valeat eum absolvere, potest Absolvere de prædictis directè ab Episcopo obtinere, quia in peccato, ac si esset in periculo mortis, sub hæc tamen lege, ut, qui fuit absolutus, ab excommunicatione vel reservatione Summo Pontifici, si deinde aditum ad ipsam habeat, vel ad ejus Delegatum, debeat coram illo comparere, mox universaliter explicabitur §. 4.

33. Quid si haberi Episcopus nequeat, postremum prædicto impedimento perpetuo, vel longi temporis Absolutionem de his obtinere pœnitens à Parocho, vel quolibet legitimo confessorio, & hoc deficiente, à quocunque Sacerdote?

34. Respondeo, Negant multi ut Bonac. de Conf. p. 1. 2. q. 22. agens de casib. Bullæ Cæna. Valquez de pœnit. ad quæst. 9. art. 3. dub. 8. & 9. Duard. in Bull. Cæna. lib. 3. §. 2. q. 8. num. 28. Dian. p. 9. r. 7. r. 10. aliique citati. Boff. in q. mor. tit. 4. de Iurisd. absol. à casu reservato.

quia predicti textus solum concedunt, ut in predictis impedimentis adeatur Episcopus, nihil de aliis Confessariis. Multi tamen non minus probabiliter, in foro tamen Conscientiarum, & quoad excommunicationem, cum predicto onere mox explicando, concedunt, quia reservatio, quae est instituta ad bonum animam, in ejus damnationem surgere, nisi sic eos textus interpretentur. Ita Castrop. de pan. p. 15. §. 4. n. 3. & de Conf. d. 1. p. 11. §. 5. n. 6. Suar. de pan. d. 30. sect. 3. n. 10. sine. Alter. tom. 1. disp. 6. lib. 1. c. 6. & 8. alique ap. eosdem. Ludov. Bertrand. Loth. in Refol. Theol. tr. 1. q. 1. art. 9. n. 1.

35. Ex his diluitur illa difficultas, An sicuti Episcopus potest hunc impedimentum absolvere à Papalibus, sic Parochus, vel quilibet Confessarius possit absolvere à casibus, vel excommunicationibus, Episcopo forte reservatis cum, qui habet modo dicto impedimentum, quo contingendi ad Episcopum aditus non datur.

36. Respondeo, Et id etiam plures negant, ut Alter. Dicit. de Lugo de pan. d. 20. num. 22. Suar. l. c. n. 12. quia Sacri Textus illud concedunt ob difficultatem ascendendi ad Pontificem: at accessus ad Episcopum solet esse facilior; nihilominus etiam plures, ut Castropal, Dand. Bossius l. c. Gran. in 3. p. convov. 7. trall. 10. d. 7. alique apud Dianam p. 9. trall. 7. ref. 10. Loth. loc. c. exprole addens etiam haeresim quamcumque cum Cast. contra Sauc. & Caver. Dica. fill. apud Dianam p. 11. tr. 8. ref. 49. laus probabiliter, in eodem foro Conscientiae, & cum oneribus mox declarandis, concedunt propter rationem modo dictam: Cum enim reservatio sit odiosa, non debet in damnationem animarum vergere, ut certè, si fecus dicere vellemus, vergeret in hoc casu.

37. Sed, quæro te quænam in particulari sunt impedimenta, quæ specialiter sufficiunt ad hoc, ut Episcopus episcopali excommunicatione Papæ reservatas, etiam publicas absolvere possit. Quod est petere, Quandonam prout iudicandum sit, predicta impedimenta esse perpetua, vel longi temporis, ita, ut moraliter confiteri non possit ante mortem absolvi à legitimo Superiore?

38. Respondeo, Præter periculum mortis, quod pertinet ad doctrinam §. præced. est

I. Infirmas longa, etiam si periculosa nunc non sit.

III. Paupertas: ut si Romanus non nisi mendicando vivere deberet, qui mendicare non solet.

IV. Aetas senilis seu puerilis; imò, si contraxisset quis excommunicationem ante pubertatem, ejusque absolutionem pereret post pubertatem, posset Episcopus absolvere.

V. Fragilitas sexus, id est, esse mulierem cujuscunque conditionis.

VI. Astrictus alteri: ut filius familias vel servus, quando sine præjudicio Domini Papam adire nequit.

VII. Cura animarum, vel temporale dominium, quando rationabiliter timetur, ne oves, vel Vassalli damnium patiantur.

VIII. Debilitas in viris delicatis, qui judicantur, non posse ferre itineris labores.

IX. Quodlibet aliud impedimentum quod prudentis iudicio legitimum putetur. Hæc cum citationibus Sacrorum Textuum habes collecta apud Leandrum, d. 17. de excomm. quest. 58. & apud Dianam, p. 5. tr. 9. ref. 6. inter quæ adnumerant merito alii inimicitias graves, quæ impediunt iter, necessitatem succurrendi familiæ, vel parentibus, retentionem in carcere, in Turremibus, in Claustro, obligationem exercendi munus publicum, quod illud iter non permittit, si munus relinqui sine gravi detrimento non valeat, & familia quæ etiam habes apud Suar. de Conf. d. 22. sect. 1. n. 63. Delug. d. 30. de pan. n. 19. Castrop. t. 1. tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. d. 3. aliosque.

39. Quæres: Sicuti Episcopus per se potest absolvere in predictis necessitatibus, & impedimentis recurrentibus ad Pontificem, potestne etiam ejus Vicarius Generalis?

40. Respondeo, Ex commissione Episcopi, non est dubium: Ita Sanch. de matr. l. 2. d. 40. n. 14. Quint. tr. 9. si. g. 1. num. 6. cum enim potestas Episcopo conveniat ratione dignitatis, potest illam alteri, quamvis non Vicario Generali, delegare. At, an ex ipsa constitutione Vicariatus hæc potestas absolvendi (ut etiam dispensandi) in casibus necessitatis conveniat Vicario, major est difficultas. Certè mihi, & aliis negandum videretur, juxta Sanch. de matr. l. c. num. 9. Fagund. Suar. aliosque apud Dianam part. 9. trall. 6. refol. 59. & ibid. trall. 9. refol. 41. quidquid alii nimis indulgenter concedant: Apud eundem Dianam. Ratio est, eadem imò major, quam innovimus supra cap. 10. §. 27. num. 10. Lege Dianam ibid. idem dicentem de Confessario electo per Bullam Cruciatæ, & de Regulari privilegiato: hi enim non possunt extendere privilegia absolvendi, vel dispensandi, quæ habent, ad illos casus, ad quos Episcopi potestas extenditur ratione dictæ necessitatis, &c.

41. Ejusmodi absolutum ab Episcopo, vel modo dicto ab ejus Delegato, quando non est recursus ad Pontificem in dictis excommunicationibus reservatis publicis, debet se præsentare Pontifici, vel ejus Delegato in iis casibus, in quibus impedimentum forte cessaret, ut si pauper fieret dives, &c. (excepto impedimento impubertatis) rectè notat Hurtadus, diffut. 15. de excomm. diff. 3. num. 10. & nos supra indicavimus, atque infra §. 4. n. 6. unversaliter notabimus.

42. Præterea predicta impedimenta, quæ sufficere dicimus Episcopo ut absolvat penitentem à reservatis Summo Pontifici, sufficiunt etiam proportionaliter, in foro tamen interno, & cum oneribus mox explicandis, ut deficiente Episcopo, possit alius Sacerdos absolvere ut diximus num. 35.

§. III. In Necessitate alia urgente.

1. Potest evenire, ut non sit perpetuo quis impeditus, nec longo eo tempore, quo non sit habiturus Confessarium legitimum, sed tamen aliqua interim urgeatur necessitate.

2. Quare inquirimus, quid tunc agendum ab eo, qui, & alia peccata non reservata habet, & casibus item, vel excommunicationibus reservatis, etiam ob haeresim contractis, (teste Castrop. Tomo primo, tr. 4. part. 3. §. 6. numero secundo,) forte laborat, potestne ex illa necessitate directe à non reservatis, & à reservatis, indirectè absolvi ab Ordinario Confessario cum onere se præsentandi, iterumque peccata illa reservata ritè confiteri? Scimus enim (quidquid aliqui sentiant in oppositum) non posse directè, quia ille Confessarius, qui supponitur præsens, caret iurisdictione pro reservatis, ut clarius mox n. 4. explicabimus.

3. Dico, de tota hac quæstione me disputaſſe in method. Comm. cap. 1. §. 6. à num. 18. vbi ex sententia probabiliter affirmavi, posse, & addidi duos alios modos quibus vti valet is, qui in necessitate dicta positus caret Confessario potente à reservatis absolvere, quæ hæc non sunt cum Lectoris molestia repetenda. Qualis autem debeat esse necessitatis gradus, sive ex notabili infamia, sive ex alio gravi detrimento procedens, ibidem distinctè declaravi.

4. Illud discrimen clarius hic est explicandum: nam supra docuimus, in articulo mortis, & impedimento perpetuo, non adesse onus comparendi coram Superiore, quando quis per inferiorem absolvitur à casu reservato, sed solum, quando absolvitur ab excommunicatione, quam inferior absolvere nequit: at quando quis sequens hanc sententiam probabilem, ab inferiori, vel simplici Sacerdote absolvitur, propter urgentem necessitatem aliam, v. g. ne incurrat notabilem infamiam nō communicet, unde vult præmittere modo dicto Sacramentalem Confessionem, semper debet postea se sistere Superiori, vel ejus Delegato, nec solum, ut accipiat penitentiam, vel remedia suorum peccatorum, sed

sed, ut absolvatur, tum ab illis casibus, tum ab illis excommunicationibus, quas ille inferior non poterat absolvere.

Ratio autem discriminis est, quia in nostra sententia pro articulo mortis, & pro illo impedimento perpetuo, quod mortis articulo æquivaler, Confessor ex Tridentino habet plenam iurisdictionem, unde absolvit directè pœnitentem; solum pro excommunicatione, quam extra illum articulum absolvet is non potest, debet directus pœnitens ex peculiari Sacrorum Canonum dispositione quam explicabimus, §. 4. num. 2. comparere coram Superiore ad suscipienda remedia, &c. At in casu alterius urgentis necessitatis, cum Confessor ille non habeat plenam iurisdictionem, sed solum propter ejusmodi necessitatem concedatur, posse dimidiari Confessio, in hoc, inquam, casu, Confessor pœnitentem absolvit indirectè à reservatis, & non absolvit ab excommunicatione, quam absolvere non potest, quia caret iurisdictione, ut supponimus: unde in dicto pœnitente remanet obligatio, subdendi clavibus illa peccata & obtinendi Absolutionem ab illa excommunicatione.

5. Scio, esse alias sententias de hac necessitate iteratæ Confessionis, ut videre est apud Quintanadu, *de pœn. singul. 11. à num. 6.* Dicastill. apud Dianam p. 11. *tract. 8. resolut. 49.* & De Lugo *de pœn. d. 20. à numero 218.* sed hæc nostra planior est, tior, & in praxi omnino servanda.

6. Scio etiam, alicui posse in mentem venire (ut innui in parenthesi, quam interposui n. 2.) non esse eiusmodi onus confitendi iterum dictos casus reservatos: Sed fuisse à nostris Ordinationibus: vide *In Ordinat. pro stud. super Propos. 23.* prohibitum, ne id doceatur, etiam scio: Prohibetur enim hæc propositio.

Is, qui à reservato peccato, pro tali cognito, ex necessitate aliqua indirectè est absolutus, non tenetur deinceps se Superiori confiteri, nec per se, nec per alium, sed manet simpliciter absolutus, & sine ullo onere quarumvis directè à reservato Absolutionem.

Quæres, cur additur illud (pro tali cognito.) Respondeo, Ob ea, quæ dicta superius sunt c. 7. §. 3. n. 11.

7. Inquires hac occasione, si pœnitens bona fide à te Confessario inferiore, seu Sacerdote simplici, modo dicto, sed nulla urgente necessitate accipiat Absolutionem, ad quam dandam ipse iurisdictione caret, ut supponimus, validè erit Absolutio? Respondeo, Si omnia peccata, quæ pœnitens aperuit, sunt reservata, certum est, esse invalidam, quare cum id advertet pœnitens: debet iterum ea omnia legitimo Confessario subdere; Ratio est manifesta, quia Confessarius ille inferior non habebat iurisdictionem ullam circa hujusmodi peccata, quæ omnia supponuntur esse reservata, ergo validum Sacramentum Pœnitentiæ facere, quacunque tandem bona fide posita, non potuit.

8. At, si cum peccatis reservatis aperuit pœnitens alia non reservata mortalia, vel aliqua venialia cum legitimo dolore, invalida erit Absolutio ex Vasque apud mox citandos, quia (inquit) Confessarius non habet potestatem dimidiandi Absolutionem sine necessitate, quam hic non adesse, supponimus. Sed valide erit ex Suar, quia, inquit, cum tunc Confessor polleat iurisdictione ad aliqua, illa absolvit directè, indirectè, alia: Nam propterea errore detecto, iterum hæc indirectè absoluta subdenda erunt legitimo Confessario, ut directè ea absolvantur, non verò alia, hæc enim alia ob bonam fidem Confessarii, & Pœnitentis, ritè fuerunt, & directè absoluta, quia ad illa, ut supponimus, iurisdictionem habebat Confessarius. Dimidiatio autem illa materialiter solum se habet non formaliter, quod integritati Confessionis non obstat, docet communiter in *tr. de pœn.* Vtramque sententiam probabilem esse censo.

9. Si Confessor in posteriore hoc casu pœnitentem absolvit mala fide, id est scienter, illum sacrilegè se gerere, certum est, quia sine necessitate Confessionem dimidiat. Verum tu, si bona fide processisti in recipienda Ab-

solutione, uti doctrina, numero præcedente allata, pro Cum contra, si mala fide, hoc est scienter id allatum facias, quia peccabis actualiter, unde in dispositione ad Absolutionem accedens, nulliter illum recipis.

**OCCASIONE PRÆDICTORUM**  
quarimus consequenter, an aliquando in nostra Societate sine ulla necessitate, possit quis per irregularitatem absolvi à reservatis.

10. Cum in præcedentibus dictum sit ut quis per inferiorem absolvatur à reservatis, requiri necessarium illam, quæ sufficiat ad dimidiandam Confessionem, quamque distinctè me explicasse, dixi in *Methodo communis loco citato*, oritur mihi dubitatio, an etiam hoc aliqua peculiari concessione gaudeant Nostri Societate Religiosi; Et quidem gaudere quando inter nos: certum est, eo modo, & in his circumstantiis, quæ supra cap. 11. §. 1. à num. 25. memoravimus: in qua concessione nulla fit mentio necessitatis, sed solum Societatis proprii Confessarii, seu Superioris, licet cum non se præsentandi, &c. At estne alius casus præter prædictum itineris?

11. Esse videtur primo aspectu ille alius, quando ab Collegio, vel Domo Superiori, & vult quis commorari. Sic enim videntur concedere illi Theologi, quæ peritos nostri instituti appellavimus in Superiorem, ita in manuscripto quod apud me habeo V. Absolutio, in gen. num. 3.

Si quis, inquit, Superiore occupato, & vel ab hora ad horam, lapsus sit in casum reservatum, & infra tempus celebrandi, vel communicandi, & insuper ipsam de novo non voluit confiteri Ordinario, non potest ab alio vult absolvi. Quare quævis aliquo titulo, differenda potest celebratio, vel communicatio, & que dum conveniri possit, qui auctoritatem habet. Alioquin potest talis absolvi ab inferiori cum onere comparandi.

Et alibi v. Absolutio à reservatis, absente Superiore. 4. Absente Rectore, non habet Minister facultatem absolvendi à reservatis, nisi ei specialiter concessum sit, & non expedit fieri, maxime si ad paucos dies summa consistit. Potest enim quis confiteri Ordinario cum onere, si ipse di Superiori.

12. Vides, nullam fieri mentionem necessitatis, sed solum absentia Superioris. Quare videtur Pater Generalis in prædictis casibus concessisse Ordinaris Cœnobii foribus auctoritatem absolvendi à reservatis cum aliquo onere, sicuti concessum est pro iter agentibus.

13. Dixi (videtur) Nam ego ita esse nequequam potest. Primum, quia hæc responsa dictorum pœnitentium, & cujuscunque sint, non habent in Societate vim vniuersalem legis; fuerunt enim data juxta varias circumstantias, quæ pro tempore occurrebant, & quæ particularibus provinciis. Et sanè verosimile non est, Societatem seu Præpositum Generalem voluisse eam tantæ auctoritatis facultatem omnibus per scripta hæc privare, & concedere.

Secundo, quia pro iter agentibus adeo expressè instructio pro tota Societate, atque in nostris Ordinationibus, & Decretis inserta, quæ non est de dictis casibus de quibus certè facta fuisset mentio in dictis Ordinationibus, si Societas ad eos concessionem aliquam voluisset extendere.

Tertio, quia in his responsis, nec explicitè, nec implicitè conceditur ejusmodi facultas, nulla existens necessitate; nec colligitur ex modo loquendi ipsorum, & contraclarè dicitur in casu de iter agentibus, Cœnobii ergo sit prædicta responsa supponere id quod Doctores semper supponunt, ad dimidiandam Confessionem, & habere adesse necessitatem urgentem communicandi, & igitur illa non urgente poterit.

§. IV. Tres condiciones requisita, ut quis legitime ab excommunicationibus reservatis absolvatur per inferiorem, in casu periculi mortis, impedimenti perpetui, &c.

1. Inmodi tres condiciones, quae praeter ceteras communes, hic requiruntur, haec sunt. Promissio de comparando: Promissio de stando mandatis Ecclesiae: Satisfactio partis. Quamvis autem earum aliqua necessaria interdum etiam sint pro Absolutione excommunicationis non reservatae, tamen, quia maxime requiruntur pro reservatis, hic proprius est locus illas omnes universalius explicandi; quod jam separatim praesto.

PRIMA CONDITIO.

Promissio de comparando.

1. Cum quis, ob periculum mortis, vel impedimentum perpetuum, longive temporis, juxta ac dictum in precedentibus est, absolvitur ab excommunicatione reservata per Sacerdotem aliam non valentem eam excommunicationem absolvere, debet praemittere, & ad id Sacerdos poenitentem obligare, ut cum primum commodè poterit, quando nimirum forte coalescerit, vel desinet impedimentum (id quod morali modo, juxta condiciones personae, loci, temporis est judicandum) compareat coram Superiore, non ut accipiat Absolutionem, jam enim in illo periculo eam accipit, sed, ut, vel poenitentiam, vel remedia ab ipso habeat de commissio delicto; idque sub poena reincidentiae, id est, si non compareat, praeter peccatum inobedientiae in re gravi, reincidat in eandem, hoc est, in similem excommunicationem, à qua fuerat absolutus, ut late explicat De Lugo de poenit. d. 20. num. 203. Castrop. sem. 1. tract. 4. §. 4. part. 3. §. 1. n. 10. c. Quamvis, c. ea noscitur de sent. excomm. c. eos, qui eodem in 6.

Scio Dianam p. 10. v. 14. ref. 63. approbare, tanquam non improbabilem, sententiam Jauarii, de casib. reserv. ref. 12. dicentis hanc obligationem, quam habet absolutus à censura reservata in periculo mortis inducitur olim à Sacris Canonibus, c. eos, qui de sent. excomm. in 6 fuisse abrogatam à Tridentino pro foro conscientiae, dum pro illo articulo dixit, nullam esse reservationem: Scio, inquam, hoc, sed non est recedendum à nostra Doctrina, quae est communis Doctorum.

2. Dixi (ab excommunicatione reservata) nam pro casibus reservatis, quibus non est connexa excommunicatio, nullum adest jus commune, quod obliget ad hujusmodi promissionem de comparando, quando quis absolvitur (ut supra vidimus) in periculo mortis vel perpetuo impedimento, longive temporis: & praeterea pro his casibus in eo tempore, quilibet Sacerdos directè omnia peccata absolvere potest, quia ex Tridentino habet omnimodam potestatem legitimam Confessarii; ut notat rectè Diana aliq. p. 10. v. 14. ref. 63. v. & tandem lege; item Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 13. n. 24. & 25. & Castrop. l. c. n. 17. quidquid dicant Valq. & G. Hurt. apud De Lug. l. c. n. 208.

3. Dixi item (quam primum poterit, &c.) ut notarem ab eo, qui judicatur certo moriturus, vel certo nunquam fore liberandus à dictis impedimentis, non esse exposcendam ejusmodi promissionem, quia inutilis esset. Imò norant Sanchez l. c. n. 30. & Castropalaus. l. c. n. 18. si per errorem Confessarii data fuisset à dicto poenitente dicta promissio, etiam jurata, non obligari deinde ad illam, memoratum poenitentem, si forte, v. g. per miraculum cessaverit impedimentum, quia, stante eo impedimento, non obligabatur iurare: quod si juraverit, non se intendit obligare, nisi juxta intensionem legitimam Confessarii, & juxta sacra jura: at Confessarius legitime operans, & jura non intendunt obligare eum, cui impedimentum nunquam erit defuturum. Sed certè

Part. III.

hic casus nimis rarus erit, & fortasse, quia noscere non possumus, an affuerit miraculum, physice impossibile.

Contra, si quis dictas excommunicationes absolvens negligeret de ea obligatione poenitentem admonere (quam certè admonitionem scienter omittere, est mortale, quia res est gravis) adhuc poenitens, quando eam obligationem resciverit, obligabitur sub mortali, se Superiorem sistere: siquidem, haec est dispositio Sacrorum Canonum in re gravi lata (ut omnes Doctores supponunt) etiam pro foro conscientiae; atque adeo ab omnibus observanda.

3. His communibus explicatis, sunt pro praxi tres Notationes superaddendae. Prima, Sacerdos communis in praedictis necessitatibus vrgentis mortis, vel perpetui impedimenti absolvens ab excommunicatione, quam absolvere aliàs non potest, debet ex iure exposcere à poenitente, non solum dictam promissionem, sed etiam illam iuramentum vallatam. Ratio est, quia tunc c. Quod de his, de sent. excomm. & saepe in eodem tit. ejusmodi Sacerdos se habet perinde, ac Confessarius absolvens ab excommunicatione reservata.

6. Notatio secunda. Cum certum sit, quando, quis absolvitur in necessitate, saltem ab excommunicatione, si quis suadente, per iudicem Papa inferiorem in foro externo, poenitentem debere iurare, se, cum poterit, ad Pontificem aditurum, ut in praed. dictum est, debebunt ne emittere idem iuramentum adeundi legitimum Superiorem, qui absolvitur per Confessarium in foro Sacramentali poenitentiae à dicta excommunicatione percussiois Clerici, ut item ab aliis?

Respondeo, Affirmant, & quidem probabiliter non pauci, ut Theod. de pan. Eccl. p. 1. c. 22. cum Avila Sanchez, Tanero, Henric. Duar. in Bull. Caen. l. 3. §. 4. q. 2. etiam in aliis omnibus excommunicationibus.

7. Sed certè mitius loquuntur alii, ut Bordo. l. 3. contr. 27. n. 60. Billinc. p. 1. v. 11. c. 10. n. 332. Boss. de lubil. sec. 2. casu 22. num. 16. Taner. Palq. de lub. q. 262. loquens solum quando quis absolvitur ex vi lubilii. Nec improbabilius, hoc est, tum in praedicta Absolutione percussiois, tum in aliis excommunicationibus, satis esse pro dicto foro Sacramentali seriam promissionem, sive iuramentum, quae tamen obligabit, ut modo dixi, sub mortali. Ratio hujus probabilitatis est, tum quia iura de hac re, cum sint odiosa, restringenda sunt, tum quia, ne Sacramentum Confessionis novis obligationibus difficilior evadat, rectè intelligi possunt de solo foro externo.

8. Notatio tertia, Sub hoc onere comparandi absolutus, satis obligationem sibi impositam adimplet, si compareat, sive personaliter, sive per alium (qui sine necessitate nominandi poenitentem, poenitentis delictum explicet) si compareat, inquam, vel coram Superiore iure suo potente absolvere illam excommunicationem, seu delictum, vel si compareat personaliter coram ejus Delegato, quales sunt illi Regulares, qui, ut superius vidimus gaudent multis privilegiis, & quales sunt Confessarii per lubilium, & Bullam Cruciatæ, de quibus mox. Ratio est clara, quia hi delegati sunt loco Superioris in iis, in quibus potestatem habent absolvendi. Ita Bard. in Bulla Cruc. p. 2. tract. 6. cap. 4. §. 7. De Lugo de poen. d. 20. n. 201. & alii.

SECUNDA CONDITIO.

Promissio standi mandatis Ecclesiae.

9. Ut propositum amplius non peccandi, quod in omni peccatorum Absolutione requiritur, firmiter persistat, quando quis de reservatis absolvitur, iura c. Ex te nore, c. Gravem, c. Nuper de sentent. excomm. exposcunt, ut absolvendus ab aliquibus gravibus delictis, adhibeat iuramentum de parendo mandatis Ecclesiae, hoc est, de iterum non committendo simile delictum. Iam difficultas est, an ejusmodi iuramentum sit exigendum, non solum, quando quis absolvitur pro foro externo, verum etiam, quando pro interno in Sacramento poenitentiae?

H 3 10. Respon



atuli lib. 8. in Decalogum tr. 4. c. 4. n. 10. Ne autem longe abeat, Ecce illam.

Pœnitenti, qui, prima vice, fatetur, se culpabiliter non restituisse alienum; nunc tamen habere firmum propositum statim restituendi, non est neganda Absolutio. Si tamen bis, aut ter, sæpius fuerat iustus in aliis confessionibus restituere, & tamen, cum posset, non fecit, regulariter non est absolvendus, quousque fecerit, te ipsa restitutionem. Ratio prioris partis est, quia sicuti in omnibus aliis, Confessarius credere potest, & debet pœnitenti; ita in hoc. Ratio posterioris est, quia talis homo est in periculo proximo, experientia ipsa comperto, iterum differendi restitutionem; ideo non rectè aliqui putant, esse probabile, absolvi tunc illum posse; nam idem posset de Concubinario, etiam illo, qui la pias iustus non spectat domo Concubinam.

21. Dixi autem, *regulariter non esse absolvendum*; nam talis esse posset pœnitens, talesque circumstantiæ, ut Confessarius deberet esse contentus solo proposito restituendi, etiam si antea, sæpè iustus, omiserit restitutionem. Et Molina quidem exemplum adhibet, ut si Confessarius non leviter credat, pœnitentē te ipsa restitutionem statim, sine mora, quia non ea acrimonia fuerat illi iusta restititio aliis in Confessionibus, vel si alia adfuerit circumstantiæ ad id credendum, præsertim, si injungat illi, ut non prius accedat ad Eucharistiam, quam restitua.

Hæc tibi Dicastillo, quæ tibi vsui erunt, & hæc.

21. Denique, quamvis aliqui absolute videant, docere, quæ diximus, tamen sunt adhibendæ exceptiones duæ, altera n. 16. altera pro casibus Bullæ Cœnæ, altera pro dubiis causam interdicto, & quoad eisdem dictæ Bullæ casus, eo modo, quo dicam §. seq. num. 34.

§. V. De Delegatione concessa per Bullam Cruciatam circa casus reservatos.

1. Qui Bullam Cruciatæ sumpserit, potest, durante anno, eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario, per quem Confessarium, absolvi possit pro foro interno ab omnibus casibus, & Censuris: satisfacta parte, & quidem toties, quoties à reservatis Episcopo, at à reservatis Pontifici semel in vita, & semel in periculo mortis, atque ab eisdem Pontificiis, iterum, in secundam Bullam sumpserit, non vero tertio si tertiam hinc dicti sint publici, hinc occulti, (excepta semper hæresi) modo, quando delicta sunt deducta ad forum contentiosum, cautiones mox dicendæ n. 17. & 19. adhibeantur.

Circa hanc delegationem, si sequentia addotaveris omnia fere, quæ ad illam spectant, faciliè cognosces.

SUPER ILLUD,

Et approbatis ab Ordinario.

2. Quid hic intelligatur nomine Ordinarii, & alia hæc pertinentia dixi latè alibi, hoc est supra tract. de Sacramento Pœnitentiæ, c. 5. §. 4. Ne igitur recoctam cram bene repetamus, locum citatum adeat studiosus.

SUPER ILLUD,

Et iterum, si secundam Bullam.

3. Si à commisso delicto reservato Pontifici v. g. per lectionem libri hæretici de Religione tractantis, fuisti per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidas, sive in idem peccatum legendi librum hæretici, sive in aliud specie distinctum, occupandi v. g. bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolvi, nec à peccato novo legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, qui Bulla non concedit, ut possis in vita absolvi semel à quolibet peccato. Pontifici reservato; concedit enim solum vnicam Absolutionem in

vita à peccatis, Pontifici reservatis; indigebis ergo tunc secunda Bulla; ea tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profectura sit tertia. Ita Bardi in Bull. Cruc. p. 2. tr. 6. c. 1. s. 1. cum aliis contra quem Leander tr. 212. de exc. d. 17. §. 2. q. 83. pugnat, dicens, esse probabile per vnicam Bullam concedi, posse absolvi ab omnibus, dummodo ab vnoquoque in specie semel tantum in vita, intra publicationis annum, quis absolvatur. Certè, id esse probabile, negare non possum, quia etiam hunc sensum facere commodè possunt verba Bullæ si attentè legantur.

4. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla, semel dictam reservatorum Absolutionem concedat, fit ut si in ea confessione aperias plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis, puta, occupatione bonorum naufragantium, percussione Cardinalium, laesione immunitatis Ecclesiasticæ &c. fit, inquam, ut possis ab omnibus simul absolvi per vnam Bullam, quia, sic, vnicam Absolutionem recipis. Idem per secundam Bullam, sed non tertio, per tertiam, ut dictum est.

5. Quæres, si quis non sit vsus Bulla anno, v. g. præterito, quoad Absolutionem à reservatis, potestne illa anni præteriti vii hoc anno? Respondeo, Cum Bardi loco cit. s. 2. n. 1. seu num. 19. in editione secunda, non posse, quia privilegium solum fuit pro illo solo vno anno. Leander vero loco citato, putat non improbabile, posse, quia sequens publicatio hujus anni non suspendit privilegium absolventi, concessum anno præterito: quare, cum illud adhuc perseveret in præsentis anno, quia est gratia facta, potest Fidelis vii illo. Sed certè fallitur nam ratio, cur non possit, non est, quia illa privilegia suspenduntur à nova publicatione, sed, quia illa fuerunt solum pro illo anno; illique anno addicta. Frustra ergo ipsa Navarrum doctissimum quidem virum in suam sententiam citat, nam, si ipse Navarrus nostram hanc tam claram rationem advertisset, ab illa doctrina sine dubio abstinisset.

SUPER ILLUD,

In mortis articulo.

6. Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolute à reservatis, ut latè nuper discernimus, quid emolumentum affert hoc Bullæ privilegium? Respondeo, Duo emolumenta, alterum, quod Absolutionem hanc potest tibi conferre electus ex vi Bullæ, etiam præsentis proprio Parocho, quod certè inserviet pro illis, qui ut ibid. videmus, sustinent id tunc non posse quemlibet Sacerdotem.

7. Alterum, quod si tunc absolvaris ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere te præsentandi Superiori, quia electus per Bullam jam est tuus Superior Delegatus à Pontifice à quo onere (si absolvaris ex vniuersali facultate concessa pro periculo mortis) liber nequamquam eris.

SUPER ILLUD,

Excepta hæresi, &c.

8. Quamvis multi multa afferant, quibus probent hæresim formalem saltem occultam posse per Bullam Cruciatæ absolvi ex illo principio, quod ex vna parte potestas concessa Episcopis absolventi ab illa adhuc in ipsis ex sententia probabilissima remanet post Bullam Cœnæ, & ex alia parte Bulla Cruciatæ, concedit posse absolvi omnia, quæ possunt Episcopi, tamen cum propter ejus gravitatem, hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo, saltem hodie, non possumus, ubi est Tribunal Sacræ Inquisitionis Hispanicæ, ejusmodi sententiæ adherere; quod, etiam alibi, puto, semper saltem esse commendandum. Carterum, qui de hac questione latè rationes vtrinque adductas cognoscere cupit, eas legat ab aliis fuscè agitas, ut à Bar. Trull. Ludov. à Cruc. aliisque cit. à Leandr. l. c. q. 85. & 86. & quest. 38. & 39. Lege item in simili Suar. Bauci, Brun. aliosque

apud Amad. contra Ant. de fide prop. 2. & 3. Loth. res. Theol. quæst. 1. art. Nec legere graviter ea, quæ ad facilem reddendam hanc Hæresis Absolutionem à me sunt alibi disputata. lib. 2. in Decal. cap. 1. §. 8.

9. Dixi autem signatè (Hæresim formalem) id est cup errore intellectus, quare sortilegium, maleficium, superstitio, magia, adoratio Dæmonum, sollicitatio in Confessione, lectio librorum hereticorum, blasphemia hæreticales, & omnia alia crimina contenta in Edictis Inquisitorum possunt per Bullam absolvi, toties quoties, si sint Episcopalia; semel in vita, & semel in morte, si sint Pontificia; qualis est v. g. lectio libri hæretici de Religione tractantis, & hæc iterum cum secunda Bulla, sed non tertio. Ita Leander. de excomm. d. 17. §. 5. §. 88. multos referens.

10. Quæres per hanc occasionem, An per Bullam Cruciatæ concedatur, posse absolvi pœnitentem, antequam denunciaret aliquod crimen Inquisitori ex obligatione denunciandum. Respondeo, Non posse (quidquid dicat Navarrus apud Leandrum de excomm. dicta d. 17. §. 87.) quia in Bulla ejusmodi potestas non invenitur concessa.

11. Illud tamen est hîc univèrsaliter advertendum, aliquando posse ex præsumpta voluntate Inquisitorum, quos ita rigidos esse, non est præsumendum, vt quando adest causa rationabilis differendi denunciationem, pœnitentes, velint repellere à beneficio Absolutionis. tunc enim satis erit, si firmiter promittant denunciare; Iusta autem causa erit, (ut notat ibidem Leander) si necessitas Communionis urgeat ad vitandam infamiam, vel vitilitas extraordinaria obtinendi Iubilæum, vel Tribunal longe distare. Addo ego semper casum, quo Confessor vult studere, vel consulere doctos circa obligationem, quam habeat pœnitens, quando dubia est obligatio, &c. Aliud benignius docet Sanctarellus v. rati. de Hæresi. c. 9. dub. unico, num. 19. sine ex Navarro, sufficere nimirum saltem, propositum firmum denunciandi, & loquitur (ait Diana p. 1. v. rati. 4. res. 27.) de denunciando Hæretico. An tamen id in praxi sit deducendum, me doctior decernat.

SUPER ILLVD,

Toties quoties.

12. Hîc quæritur, an à Pontificis casibus etiam in Cœna Domini occultis possit per Bullam absolvi toties, quoties, an solum semel in vita, & semel in morte modo superius dicto.

13. Respondeo, Equè probabile judico posse, vt habet Sanc. Trull. Dian. alique cit. à Leand. v. rati. de excomm. d. 17. §. 3. n. 84. & non posse toties, quoties. Excipio hæresim, etiam occultam, de qua modo à num. 8. dictum est: vide Henr. Lud. à Cruc. aliosque cit. ab eod. Leand. ibidem. Ratio, quod possit, est, quia per Bullam potest quis absolvi toties, quoties ab Episcopalis, sed jam omnes Pontificii occultis sunt hodie concessi Episcopis, atque adeo sunt aliquo tandem modo Episcopales; vt vidimus sup. cap. 6. §. 1. numero 3. & cap. 9. §. 1. numero 5. ergo, &c.

14. Neque obstat, idem dici propter hanc rationem posse, de hæresi occulta; non obstat, inquam, quia de illa propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ quæ eam regulariter excipit, non debemus loqui perinde, ac de cæteris.

Ratio quod non possit, est, quia hi casus Pontificii occultis, ex eo, quod concedantur Episcopis, non desinunt esse Pontificii; ergo non desinunt esse reservati ipsi Pontifici. Adde in Bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse absolvi, semel; Ergo comprehendit etiam occultos.

15. Sed affirmativa sententia responderet, occultos desinere esse Pontificios stricte, statim atque conceduntur Episcopis jure ordinario ut dictum est. Ad id, quod ad-

ditur, responderet, limitationem illam publicitatis in casibus potest poni in Bulla, dum per eam conceditur, vt Episcopales, quales sunt Pontificii occultis, absolvi possunt quoties, non vero alios. Utraque ergo sententia probabilis est.

SUPER ILLVD,

Ab omnibus Censuris.

16. Certum mihi, & Thomæ Sanchez. lib. 4. in Dec. c. 17. n. 41. & 43. Henr. lib. 7. c. 13. n. 3. Castrop. p. 1. Bull. Cruc. p. 8. §. 5. num. 8. Trullen. de Bull. Cruc. lib. 1. cap. 2. dub. 10. absque quo, Primo per Bullam potest absolvi excommunicationem, suspensionem, interdictum personale speciale, quod hæc potestatem duo sunt propriè Censuræ; nam excommunicatio tempore est Censuræ, vt in propriis tractatibus explicabimus (excommunicatio excommunicacionem ex hæresi contractam sine Censuræ sint occultæ, sive publicæ, & deducta ad interdictum contentiosum, sive sint à jure, sive ab homine reservatam, & sive prædictæ sint Censuræ denuntiate anathematim, sive sint excommunicationes contractæ ex confessione publica Clerici. Ratio tantæ potestatis est in Bulla, quoad hæc, nulla apponitur restrictio, & in alio capite beneficium Principis late est interpretatum (semper intellige reservatas Papæ semel in vita, & semel in morte, & iterum cum alia Bulla, sed non reservatas reservatas verd toties, quoties, &c.) vide Leander d. 17. de excomm. 9. 87. & 95. alios citantem.

17. Quando autem dictum est (etiam deducta ab alio contentiosum) maxime advertere debet illa quædam quamvis per Bullam possit quis absolvi ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pœnitentem, licet, illicite concederetur Absolutio, nam, sic affert præjudicium Judici Ecclesiastico.

18. Exspice tamen, quando Judex, vel longè distatè injuste agit, vel nimis rigorose se gerendo, pœnitentem absolutionem: Tunc enim, si pœnitens ex parte sua est pœnitentius justo ejus, qui excommunicationem solummodo præcepto obedire, cum jam cesset contumacia, pœnitentis pro foro interno (& semper, satis. Et parte pro foro externo absolvi per Bullam. Simile quid dictum est superius cap. 6. §. 2. de Mendicantium Privilegiis.

19. Declara etiam id in excommunicationis nominatæ. Quamvis enim per Bullam potest absolvi profanum Censuræ nominatæ excommunicatus, tamen non potest absolvi passim absolvendus, sed erit ad suum Prælatum revertendus, ne veniat in contemptum Ius dicti Prælati. Adhibe tamen præcedentem exceptionem.

20. Certum item est, vt Bullæ absolvi non possit excommunicationem à Divinis. Ita Trullenc. & Castrop. v. rati. de etiam de his & aliis pœnitentibus eundem Castrop. v. rati. de v. rati. Relig. obed. p. 8. n. 12. nec Interdictum, sive generale, sive speciale locale, nec personale generale, nec tractatum de interdicto dicitur, nec eas irregularitates, quæ non sunt Censuræ, nec sunt pœnitentibus, sed irregularitates, quæ sunt Censuræ, quæ laborans repellitur ab administratione altari, qualis est, v. g. irregularitas ex Bigamia, &c. quæ Bulla solum concedit Absolutionem à Censuris, quæ non sunt irregularitates ex indecentia.

21. Quæstio igitur, solum proponi solet de irregularitate, quæ incurritur in pœniam alicujus delicti, & malam ministracionem Sacramentorum cum violatione Censuræ ob Hæresim, ob Apostasiam à fide, &c. & scilicet possit absolvi per Bullam.

Respondeo, Affirmat Leander, de irreg. d. 18. quæst. 1. & apud Dianam p. 1. v. rati. 17. alique saltem tamquam probabilis. Excipiunt tamen idem, imò, & omnes, irregularitatem ex delicto homicidii, vel mutilacionis, quæ illi semper est annexa indecentia. Verum omnino potest esse absolutè de omnibus negandum cum Sanct. Castrop. d. 1. sect. 13. num. 6. Leand. loc. c. Castrop. de Bull. Cruc. p. 8. §. 4. n. 5. Giball. de irregul. c. 6. §. 5. & vlt. aliosque prope innumeris apud citatos.



22. Triplex autem pro nostra sententia afferri solet ratio. Prima, quia Bulla eas Censuras tollere potest, & ad summum eas penas, quæ impediunt receptionem Eucharistie, vel Sacramenti Penitentiae, ut notat loco citato Sanchez, non autem alias, quæ non impediunt ejusmodi receptionem. At irregularitates, de quibus loquimur, imò alia pena quæcunque, non sunt pœnæ ex se impediens dictam receptionem. Adde, in Bullis recentioribus; (ut notat Leander loc. cit.) ablatum esse illud, (ut possit absolvi à pœnis.)

23. Secunda; quia sequeretur, majorem esse potestatem Confessariorum electorum per Bullam, quam ipsius Bullæ Generalis Commissarii, quod certè videtur absurdum & incredibile; sequela manifesta est, quia Commissario non conceditur, posse auferre irregularitatem contractam ex Apostasia, ex Hæresi, &c. ut patet ex ipsa Bulla originalis; sed tu id concedis prædicto Confessario ergo, &c.

24. Hæc secunda ratio non convincit, non enim est mirum, si in hoc vinceret potestas Confessarii potestatem Commissarii, nam certè vincitur in aliis innumeris, sic in simili responderi Bardi in Bull. Cruc. p. 2. tract. 6. c. 7. §. 1. n. 7.

Prima autem ratio, dicta n. 22. gratis assumit, quod dicit. Quod autem ibidem additur (fateor) majorem vim habet, si per legitimum potestatem illud (à pœnis) ablatum est à Bulla.

25. Tertia ergo ratio, quam affert Henriquez lib. 7. c. 13. n. 6. videtur absolute efficacior, quia in Bulla, ut patet ex ejus tenore, nulla datur potestas Confessario ad dispensandum, sed solum ad absolvendum; at irregularitas, ut etiam suspensio, per dispensationem tolluntur, non per Absolutionem, ergo ad eas, potestas concessa prædicto Confessario, non extenditur.

26. Possit item absolvi quæpiam virtute Bullæ, etiam si in ejus confidentiam peccaret, non vero per eandem posse componi in male ablati ex ejusdem confidentia, dictum est supra c. 9. §. 2.

SVPER ILLVD,

Satisfacta parte.

27. Multa diximus de hac clausula aliquando superius, c. 12. n. 12. quo sunt omnino hic recolenda, Nunc solum querimus id, quod propriè pertinet ad hunc locum. Cum enim Bulla requiratur, ut excommunicationis Absolutio non conferatur, nisi satisfacta parte, dupium emergit; nam nihilominus, si ea propter inadvertentiam, vel propter aliud conferretur ante præmissam satisfactionem, conferretur valide, nam an licitè, diximus ibidem satis.

28. Respondeo, Ut univèrsaliter decidatur, an, non satisfacta parte, validè conferatur Absolutio, quando adest pars ista, ibidem explicuimus, distinguendum est. Nam si ea conferatur à Superiore, validè confertur, quia satisfactio non est pars essentialis Absolutionis excommunicationis. Si vero conferatur à Delegato ipsius, erit distinguendum: Si enim ejusmodi Delegato detur absoluta facultas absolvendi excommunicationem, idem dic, quod dictum est de Superiore. At si Delegato detur ejusmodi facultas cum prædicta (clausula satisfacta parte) duplex est sententia.

29. Prima negat, validè conferri ejusmodi Absolutionem, quia satisfactio in hoc modo delegandi exigitur per modum conditionis, at conditione non servata, irritum abicit concessio. Major probatur ex illa communi doctrina, quod ablativus absolutus, qualis est ille (satisfacta parte) resolvitur in conditionem si parti satisfeceris, ita tenent plures apud Trullench. in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. c. 2. & dub. 12. n. 11. & apud Castrop. tr. 25. de Bull. Cruc. p. 8. §. 5. n. 6. & apud Dianam part. 5. tract. 9. resol. 12.

30. Secunda affirmat secundum Laym. lib. 1. tract. 5.

p. 2. c. 6. n. 8. v. Quod si, Lud. à Cru. in Bull. Cruc. d. 1. c. 4. dub. 9. alioque apud citatos conferri validè, quia quoties in delegatione exprimitur ea forma, quæ à jure communi requiritur, non aliter requiritur, quæ requirit ipsius jus, nisi aliter in concessione delegationis exprimitur: Sed in jure communi exigitur quidem satisfactio, ut licitè ejusmodi delegatio exerceatur, at, non, ut validè; in nullo enim jure aliter ac dicimus, invenies, ergo, &c. Vtraque ex his sententiis probabilis est, & ita tandem pronunciat Ludov. à Cruce, quamvis addat, priorem sententiam esse in praxi sequendam.

31. Dixi (nisi aliter exprimitur) Nam si in concessione delegationis dicatur (si non satisfactum fuerit, irrita sit concessio, irrita sit Absolutio, nulla, invalida) Absolutionem invalidam fore, parte non satisfacta, certum est, quia illa expressio indicat aliquid plus requiri, quam à solo jure requiratur.

32. Cum ergo in Bulla Cruciatæ, ut etiam in facultatibus concessis Regularibus absolvendi excommunicationes, ponatur quidem illa clausula (satisfacta parte) sed sine aliis verbis expressè irritantibus, probabile satis erit validam fore Absolutionem, parte nondum satisfacta.

33. At vero, quia in concessione, quam Pontifex concedit de absolvendis casibus Bullæ Cœnæ pro articulo mortis, exprimit tunc debere saltem præmitti satisfactionem, & cautionem (quæ sit hæc diximus c. 12. §. 4. n. 13. & 16.) videaturque exprimere sub pœna nullitatis, ideo sine illis, invalida erit in dictis casibus Absolutio. Verba Bullæ Cœnæ hæc sunt.

Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis Ecclesie, & satisfaciendo, cautione præstita absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum.

34. Quæres. Possumusne dicere, hanc Bullæ Cœnæ clausulam intelligi dumtaxat, quando Absolutio casuum dictæ Bullæ datur pro foro externo; non vero, quando pro foro interno, & Sacramentali? Respondeo, Difficile videtur, sic posse dici. Ratio est, quia dum Pontifex addit illud (nisi in mortis articulo) & etiam prætextu quarumvis facultatum apparet, ipsam loqui de Absolutione etiam in foro Sacramentali; hæc enim Absolutio, nec solet dari, & pro prædicto foro solent ejusmodi facultates concedi; nam ceterum rarissimè in eo articulo agitur de Absolutione pro foro externo, & ideo ego dicto cap. 12. §. 4. num. 11. 16. & 22. visus sum, indicasse, id esse servandum in absolvendis casibus Bullæ Cœnæ.

Ceterum tu judica, Lector, an sit præferenda sententia Sanchez lib. 2. in Decal. c. 13. n. 35. qui sic habet. Quamvis Confessarius non imponat prædictum se præsentandi onus, valet Absolutio in periculo mortis, quod Ecclesia noluerit valorem absolvendi in tanta necessitate ex Confessoris negligentia, aut ignorantia pendere, ut optimè docet Henricus de pœn. c. 10. ad fin. Quare idem dicendum est, si omittat perere cautionem parendi mandatis Ecclesie, & satisfaciendi; imò idem dicendum est extra eum articulum. Et paulo post. Nec earum expressio in Bulla Cœnæ, ad absolvendum ab his excommunicationibus Cœnæ inducit conditionem irritantem aliter factum, cum sola forma jure communi petita exprimitur, ut probavi l. de Matr. disp. 33. n. 5. Hactenus Sanchez.

SVPER ILLVD,

In foro interno.

35. Quamvis non pauci asserant, Absolutionem excommunicationis Bullæ habitam, prodesse etiam pro foro externo, quia concessio Bullæ est absolutio, nec restricta ad aliquem forum; ut tenet Vega, Garcia, alii que apud Castropalum, mox citandum. Vera tamen sententia est, non prodesse, nisi pro foro interno. Excipe ea, quæ

quæ mox dicam à num. 43. Ita tenet Sanchez, Tolerus, Suarez, alique, apud Caltropalum de Bull. Cruc. p. 8. §. num. 9. Lege Dian. p. 5. ref. 13. & Gibalinum num. 26. loc. mox citando. Ratio hujus veræ sententiæ est, quia intentio Pontificis concedentis per Bullam Absolutionem Censurarum, est ut cum conscientia possint Fideles accedere ad Sacram Eucharistiam, & Indulgentiam acquirere, ad quod certè satis, supèrque est Absolutio pro foro interno.

36. Confirmatur, quia incredibile est Summum Pontificem voluisse concedere cuiusque Confessario tantam potestatem, per quam eluderentur, & perturbarentur, imò & contemnerentur Tribunalia Ecclesiastica.

37. Confirmatur iterum: quia hodie extat Bulla Cruciatæ concessa ab Urbano V. ubi declaratur Bullæ hoc privilegium suffragari in foro Conscientiæ tantum, ut latè habes multis citatis apud Dianam p. 11. r. 2. ref. 62. Lege item Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 9. c. 2. n. 3. & 38. qui solvit quandam objectionem ductam à quadam Constitutione Pii V.

38. At, cupidum te video, distinguas sciendi, quid sit, & quam utilitatem conferat hæc Absolutio excommunicationis pro foro interno dumtaxat?

Respondeo, Qui sic est absolutus coram Deo, & in rei veritate liber sit ab excommunicatione; unde potest se gerere, sicuti se gerunt cæteri Fideles non excommunicati; sed ita, ut, quoad actiones externas, & præsertim quoad subeundum iudicium Iudicis Ecclesiastici, sit perinde, ac absolutus nullatenus fuisset.

Qui igitur est excommunicatus excommunicatione occulta, & deinde absolutus in foro Conscientiæ dumtaxat, se poterit, teste Suar. loc. cit. num. 7. gerere, ut non excommunicatus in omnibus actibus tum publicis tum privatis. Nam excommunicatione coram Deo caret, & quia excommunicatio erat occulta, nihil erit scandali coram hominibus. At quando excommunicatio non est occulta, sed deducta ad forum externum, tunc absolutus in foro tantum interno, cautè se, Primo, gerere debet in actionibus externis. Secundo à iudicio externo Ecclesiæ liber non erit; quæ duo, & alia duo addam, satis tibi fient clara.

39. Primum, Absolutus in foro Conscientiæ ab excommunicatione aliis nota, potest se immiscere tum humanis, tum divinis, sed non cum aliorum scandalo, & est non coram iis, qui excommunicationem sciunt, & nesciunt Absolutionem.

40. Quid si iis dicam, & probem me esse absolutum per Bullam v. g. Respondeo, adhuc te peccare, si coram eisdem publicè & indifferenter te ingeras, quia sic videris contemnere Ecclesiam, quæ te pro excommunicato in foro externo habet. At si cautè, & coram paucis, qui tuæ sint conscii Absolutionis, te ingeras non peccas, quia sic non intervenit prædictus contemptus. Lege Suarium, l. c. 2. n. 37. & Bardi in Bulla Cruc. p. 2. r. 6. c. 5. sect. 2. n. 20. Theol. de pœnis Eccl. p. 1. c. 22. Ricciul. lib. 4. c. 68. De his etiam Tancredi part. 2. quæst. Moral. tract. 5. quæst. 42. Alique.

41. Sed quid, si hic deductus ad forum externum, & tunc absolutus pro foro Conscientiæ non molestetur amplius à Iudice Ecclesiastico? Respondeo, tunc posse præsumi Iudicem approbare talem Absolutionem iuxta mox dicenda n. 44. Cum ergo, tunc non adsit vllus, ne virtualis quidem contemptus, nihil te restringo, si Fideles sciunt ejusmodi tacitam Approbationem.

42. Quid denique, si tua excommunicatio sit aliis cognita, sed non fuit deducta ad forum externum? Respondeo, Tunc sanè potes etiam te gerere, ut non excommunicatum coram iis, qui sciunt tuam Absolutionem, quia etiam tum, nullus est contemptus, &c.

43. Secundum, Quamvis in foro Conscientiæ sis ab-

solutus, potest nihilominus contra te sedere iudicium, ac si non fuisset absolutus, tum ob delictum, tum ob communicationem, tum ob ipsam excommunicationem, tum ob actiones externas, quas fore, post dictam fori interni Absolutionem, peccato, ge. f. l. i. Quare poterit Iudex procedere ad denuncian- dum, ut excommunicatum ad finem, & ad ris ab aliis, & si fortè publicè celebrati Missæ, & nuntiati beneficium post dictam Absolutionem, potest declarare irregularem, & privatum beneficium.

Dixi (cum peccato, & publicè) mihi enim cum loc. cit. n. 38. videtur probabile, quod Iudex Ecclesiasticus si ipsi contra ejusmodi Absolutio, ut ita loquar, non possit procedere e contra sic absolutum ob communicationem cum Fidelibus, celebrationemque Missæ, vel beneficij impetrationem, si hæc facta. Ex parte moderatione dicta n. 38. & 39. ubi enim non est dictum, non potest Iudex vrgere ad pœnam; immo, ut ait ibid. Suarez, pro aliis actionibus peccaminosis, potest quidem illum punire, sed minus; quantum scilicet præcisè est necessarium ad satisfactionem scandalum dari, & ad puniendam negligentiam obtinentis satisfactionem pro foro externo. Lege Gibalinum, de cas. ris, d. 9. q. 1. n. 23. alios referens fol. mibi 405.

44. Potest tamen dictus Iudex procedens e contra (non tamen, si contra instet pars, quæ legitime comparcat) se mitem præbere cum ejusmodi privatum delicto, quando ipsi Iudici moraliter constat Absolutio, quæ enim illum excusare, & potest illum non denunciare excommunicatum, potest non declarare irregularem, & beneficij privatum, potest repellere acculationem Curatoris Fiscalis contra Reum fortè infamatum, & ubi potest esse contentus illa Absolutione, aliquid quaquam requirere. Ita Coninch. alique cit. & extat à Diana p. 5. r. 9. ref. 13.

45. Si roges, Per quid iudici constabit de diti Absolutione?

Respondeo, Vel per testificationem fide dignorum, & per schedulam Confessarii testantis, se illum Reum solvisse vigore Bullæ: Quam schedulam, ad solam præsentis instantiam facere poterit Confessarius, ut fuit Confessionis sigillum violet. Et quidem ejusmodi schedulam in re nostra fidem facere, docet Suar. de cas. p. 2. sect. 5. n. 26. & Mascard. de probat. 2. 1. c. 12. & de eadem multa apud Dianam habes.

46. Vnum notat Filliuc. r. 11. c. 11. n. 293. eam potest Confessario, modo dicto, scribi, sed ratio, & non rationabili causa, sed certò intelligo, quando est tunc seu periculum, ne ea abutatur pœnitens, communi procurat Absolutionem pro foro externo, licet ad danda non sit?

47. Inquires denique, Quandoquidem hæc potest communicationis Absolutio datur pro foro Conscientiæ, estne necessarium, ut conferatur pœnitenti in Sacramento pœnitentiæ?

Respondeo, Vi Bullæ, & Privilegiorum Mendaciorum non esse necesse, ut dicam in lib. 1. o. r. 1. de excomm. c. 3. quia in his non ponitur clausula ad id obligans, & interim Sanch. l. 8. de matr. d. 16. n. 11. Suar. de Dian. r. 11. ref. 25. G. Hurr. de excomm. d. 15. diff. 5. n. 18. alique. In aliis facultatibus impetratis, vel impetranda diligenter adverti debet, an clausula aliqua ad id obligans ponatur; si ea enim ponitur, debet intra Sacramento tum conferri conferri Absolutionem, dubium non est.

48. Denique ibid. §. vlt. n. 2. ego notabo excommunicationis cuiuscumque absolutionem pro foro interno regulariter esse dandam intra Sacramentum Pœnitentiæ cum requisita ad Absolutionem illam conferendam, & quæ ad Pœnitentiam obtinendam, melius in ipso Pœnitentiæ Sacramento ponatur.